

R.

Sic ut infra habetur in Ambrosij Instru-
mentorum mei Notarij infra-
In nomine Domini anno à natiuitate
eiusdem millesimo sexcentesimo qua-
dragesimo sexto, Indictione decima quarta,
Idibus, die Lijus decimo quinto mensis Ja-
nuarij

Cum anno 1575. preterito fuerit in renun-
ciatura sua q.^m Joannes Thomas Cribellus,
q.^m Cribellus, qui eius ultimum condidit Testa-
mentum, cum quo accepit, in quo
sibi heredem universalem instituit nunc
q.^m Davium Cribellum eius ex quondam
Paulo Hieronimo filium, et respectivè
Nepotem, et successivè eius primogenitum
legitimum, et naturalem, et primogeniti
primogenitum masculinum usque in
infinitum, eaque linea deficiente

substituit filium legitimum masculum
p[re]fati q[ui] Caroli pariter ex dicto Cra-
do Hieronimo Nepotem, et dicti q[ui]
Darii Fratrem secundum, et eius filios
legitimos masculos ut supra, eaque li-
nea pariter deficiente substituit pri-
mo descendente masculum legitimum
naturalem ut supra usque in infinitum
nunc q[ui] Ludovici tertij Fratris dicti q[ui]
Darii primi heredis instituti, et substi-
tuti fideicomisso, et prohibitione alie-
nationis bonorum per dictum Testa-
torem relictorum, ita ut semper in
casu cuiuscumque substitutionis exclusi
remaneant quicumque religiosi, et in
sacris Ordinibus constituti, et ipsi
omnibus Lineis deficientibus dictę eius
familie de Cribelly in d[omi]no fideicomisso

et primogenitura substituit primo
filium primogenitum masculum legi-
timum, et naturalem nunc q[ui] Lucre-
tius de Cribelly filius q[ui] Jo: Baptista
olim fratris dicti Testatoris, et successor
eius filij primogeniti primogenitum
masculum, et ut supra usque in infini-
tum, et sub alijs ordinamentis resul-
tantibus ex ipso Testamento recepto a
nunc q[ui] Jo: Baptista Bombello olim
Alti Notario die vigesimo quinto
Decembrij dicti anni 1575. seu cuius
cuius etiam institutionis, et substitutio-
num tenor ad clariorem intelligentiam
hic inferitur —
In omnibus autem meis bonis mobilibus,
et immobilibus, remouentibus, creditis,
iuribus, et actionibus, nominibus

debitorum, et alijs quibuscumque per
me relinquentis tempore mortis meae
instituo mihi heredem universalem
ore meo proprio nominando nomi-
navi, et nomino Darium Cribellum
filium q.^m Mag.ⁱ Dni Pauli Hiero-
nimi Cribelli olim fratris mei, et
post eius mortem eius primogenitum
legitimum, et naturalem, et de legi-
timo Matrimonio natum, et procrea-
tum, et non aliquo modo legitimatum,
etiam per subsequens Matrimonium,
taliter quod adoptati, vel arrogati, seu
filij ficti, vel Religiosi in saeculū con-
stituti non comprehendantur, quem
primogenitum ex nunc, pro ut ex tunc,
et eo in casu instituo, et substituo
vulgariter, et per fideicommissum

meum heredem universalem meo pro-
prio ore nominando, nominavi, et
nomino, et ipso decedente, vel aliter
non se heredem dicente, eo meliori
modo, quo potui, et possum substituo
eius primogenitum, et successivè pri-
mogenitum primogeniti legitimum
ut supra, et deficiente primogenito,
alium natu maiorem ordine succes-
sivo usque in infinitum, et casu
quo linea dicti primogeniti praefati
Dni Darii deficeret, substitui, et
substituo vulgariter, et per fideicom-
missum secundogenitum praefati D.
Darii, ubi adsit, et post eam eius
primogenitum, seu maiorem natu
successivè usque in infinitum, modis,
et formis praedictis, tali modo tamen,

et forma, quod semper filius primo-
geniti prædefuncti etiam quod est
minor præferatur secundo genito, qui
ordo volo quod semper observetur
in omnibus lineis prædictis, et ^{etiam} infra-
scriptis, et ubi linea dicti Dni Darij
deficeret, eo in casu substituo Nob.
Dnum Carolum Cribellum simili-
ter filium præfati olim fratris mei,
et fratrem minorem natu dicti
Dni Darij, et post eum eius primo-
genitum masculinum legitimum, et
de legitimo matrimonio natum, et
procreatum, ita quod adoptati et alij,
de quibus supra non comprehendan-
tur in præfata institutione, et post-
modum successive primogenitum pri-
mogeniti masculinum legitimum, et

ut supra, et exclusivè ut supra usque
in infinitum ordine successivo ut
supra, et eidem alium natu maio-
rem usque in infinitum, tali modo,
quod ordo superius datus servabi-
tur in omnibus, et per omnia supra
datus, et narratus in linea præfati
Dni Darij, et ubi etiam deficeret
linea præfati Dni Caroli, eo in casu
modo, et forma prædictis substituo
Dnum Ludovicum de Cribellij terti-
um filium præfati olim fratris mei
natu minorem, et post eum eius pri-
mogenitum masculinum legitimum,
et naturalem, et ut supra, exclusivè
ut supra, et postmodum successive
semper primogenitum primogeniti
masculinum legitimum, et ut supra.